



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Demades. Capvt XXXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

ninentem declinare nubē, quam rapido torren-
te abstripi.

Dinarchus.

CAPVT XXXIII.

Superioribus aetate iunior Dinarchus cha-
racterem habet orationis euilem, perspicu-
um, probabilem, & in eo quidem spiritus ve-
hemens, & asper in sensibus, atque methodo:
in dictione minus habet vehementiæ, & graui-
tatis. Videtur tamen se ad Demosthenis dictio-
nem informare: quanquā instans est, & magis
sufus, ex quo illū non inurbane nonnulli cri-
ticiον Δημόσθενη Hordearium Demosthenē no-
minarunt. Extant eius tres orationes in Ari-
stogitonē, Philoclem & Demosthenē, quæ de aro-
δοκίας vehementer aculat, sed vt alius Antipa-
tex, est χαλαμοβόα, clamans ex calamo, neq;
enim ista pronūtiavit, sed scripsit, eū vnā tantū
causulam egisse reperitur. In peroratione χα-
τά Δημόσθενος exemplum affert Arthemij Ze-
litæ, qui publica infamia notatus fuerit, quod
autū a Medis accepisset, hoc ipsum habet De-
mosthenes. Vterque pro virili amplificat, sed
quam Demosthenes in eo sit grauior, cuius li-
cet agnoscere.

Hermog.
περὶ ἰδιῶν
Aliter Dio-
nyf. Halicarn.
nassens in
Dinarcho
ἢ αὐτὸ γὰρ
πῶτε, καὶ ἂ
χρῆσθαι τινὲς
Δημόσθενη
ἠφισαν ἵνα
καὶ τὰ ἰλι-
δικὰ τῆς
οἰκονομίας.

Xenophon.

CAPVT XXXV.

Xenophontem verò, quis satis laudarit, nisi
Xenophontis musam in ore habuerit? Fuit
hic corpore speciosus, mente sublimis, animo
generosus, magnus bellator, præstans historio-
graphus, suavis orator, non ignaua opera Philoso-
phus. De quo præclare Eunapius. *Ξενοφῶν ὁ*
φιλόσοφος ἄνθρωπος μόνος κομισσας τὰ ἐκ τοῦ
*λογοῦ, ἐστὶ τε καὶ ἐν γραμμασὶ καὶ ἡ θηλικῶ ἀρε-
τῆν γραφῆ τὰ ἢ ἐν πράξεσιν τε ἢ ἰάριτος, ἀλλ-*
ὰ καὶ ἐγέννα στρατηγὸς τοῖς ὑπομνημασιν.
Xenophon philosophus, qui vir solus ex omni
philosophorum numero, cum scriptis, tum factis
sapientiæ studium expressit, moralem vir-
tutum libris, commentariisque consignauit. I-
dem in rebus gerendis facile præstantissimus
dux, præcundo exemplis Duces, & Imperato-
res genuit. Talis igitur in rebus. In stylo mel-
le dulcior est à forensi strepitu remotissimus,
vt qui minus vehemens sit, & illum impetum
oratoris non habeat. A Dionysio Halicarnass. iu-
dicatur *καθαρὸς τοῖς ὀνόμασι, σαφὴς καὶ σαφ-*
γῆς, καὶ τὴν σύνδεσιν ἡδύς, καὶ εὐχάρις
purus in delectu verborum, idemque clarus, &
perspicuus, in compositione gratiofus, & sua-
uis supra ipsum Herodotum: itaque vulgo e-
ius ore loqui musæ dicebantur, quin & ipse
musā Atticā nominatus est. Certè eius iucun-
ditas est in affectata, sed quam nulla affectatio
consequi possit, vt ipsæ sermonem gratiæ fini-
xisse videantur. Vnum reprehenditur à Diony-
sio, quod aliquādo decori oblitus, barbaris phi-
losophicos sermones tribuat, sed hoc ex fastu
Græco dixit Criticus, quasi solos Græcos phi-
losophia deceat, & non apud Quintum Curri-
um melius aliquando philosophentur Scythæ,
quam Græcorum quilibet, aut apud Plutarchū
in Apophth. Persarum Reges magna orationis
dignitate, & sapientia non sint exculti. Decet
illi in historia splendor, maiestas, & suavis cō-
formatio Herodoti, quam, & si aliquando ex-
citate contendit, elocutionem, paululum in-
spirans, de repente quasi altanus ven-
tus languescit, & extin-
guitur.

Xenophon-
is dotus.

Eunap. in
Sophistis
in suo lib.

ἄσπι ἀπὸ
γῆ ἀρε-
τῆς. Hac
idem Hali-
carnass. in
epistola ad
C. n. Pompo-
in m.

Demades.

CAPVT XXXIV.

Inter veteres quoque, & Atticos oratores
numeratur Demades, qui primus, vt arbi-
tror, ex naua factus est orator, ex quo, & nau-
ticos sales in forum transtulit, vt notat Cicero
in oratore. Ex Atticis non omnes faceti, Lyfias
satis, & Hyperides, Demades præter cæteros
fertur. A Suida *πανόρητος*, & *εὐτιγής* dicitur,
quod Atheniensium rempub. Philippo magna
mercede proderet. At in oratione *περὶ δωδε-
καετίας* satis grauitè se excusans, ait *τὸ περι-
μάχηλον καὶ δαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων ἄστυ,
βοῶν καὶ προβάτων ἵαπερ ἐπαυλῆς, καὶ τῶ βοσ-
κημάτων ἐπικρῆτε, βοθηταίς ἢ οὐδ' ἀμόθεν ἠνέλ-
πῆς, ἐτραφα τοῖνυ εἰρήνην, ὁμολογῶ καὶ φημι,
καλῶς καὶ συμφροντῶς πεπραχέναι τῆτο,
Κρεῖττον γὰρ ἐπιτεροῦμαι ἑκκλίνας τὸ νέφος,
ἢ φοροῦναι σιναπενεχθῆναι τῶν βούματι.*
Quod vltimum etiam acutum. Satis esse im-